

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Mors bs
cum fonte primo

Si fines bonorum ac malorum
cognouerimus, ita demum nec uita
tedio erit nec mors timori.

Si mors accedit et uocat, licet inmatura
sit, licet mediam praecidat etatem.

Cognita est illi ex magna parte natura;
scit tempore honesta non crescere.

(Seneca) LXXIX. epistola.

Desinemus autem,
si fines bonorum ac malorum
cognouerimus; ita demum nec uita
taedio erit nec mors timori.

Vitam enim occupare satietas sui non
potest tot res varias, magnas, divinas
percensentem: in odium illam sui
adducere solet iners otium. Rerum
naturam peragranti numquam in
fastidium veritas veniet: falsa satiabunt.

Rursus

si mors accedit et uocat, licet inmatura
sit, licet mediam praecidat aetatem,
perceptus longissimae fructus est.

Cognita est illi ex magna parte natura;
scit tempore honesta non crescere:

iis necesse est videri omnem vitam
brevem qui illam voluptatibus vanis et
ideo infinitis metiuntur.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium*
epistulae morales, 78, 25-27 (L.
Reynolds ed., vol.1, pp.255-6, ll.22-31,
1-2).